



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Robertvs Abb. 29. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. ROBERTVS ABB. 29. Aprilis.

**R**OBERTVS gente Campanus natalium  
 decus virtute ad immortalē memoriā il-  
 lustravit. Nondum erat editus in lucem, cū Erm-  
 gardi matri per quietem objecta Deipara annu-  
 lum obtulit, eoq̄ue sibi clausum utero infantem  
 despondit. Quem narum sic Ermgardis eduxit,  
 ut sacro pactæ virginis connubio dignus reddere-  
 tur. In Cellensi Asceterio Monachum indutus, di-  
 versis cum supremâ potestate cœnobiis præsedir, re-  
 ligiose potius disciplinæ, quàm cumulatib. opibus  
 intentus. Accidit, ut ad portas duo sacris initiati,  
 sed egentes, ab ROBERTO stipem præstolarentur.  
 Negabat penoris præfectus vel unum panem reli-  
 quum esse. Ad prandium signo excitis domesticis,  
 Abbas, conspectis in mensâ panibus, unde illati  
 essent, rogavit. Oeonomo respondente, se Fra-  
 trum numero æquatos panes reservasse, omnes  
 tolli iussit, ad fiduciam & obedientiam anxias suo-  
 rum cogitationes revocaturus. Ex humanis abiit  
 octogenario major, die jam prospecto atque indi-  
 cato. Curam suorum ne à morte quidem posuit,  
 increpare somnolentos solitus, excitareque ad di-  
 vinas laudes, mirâ benevolentiam, quâ tamen erga  
 nos Angeli quotidie uruntur, exiguo operæ præ-  
 tiorio. Quid vis? Deus ipse ad ostium stat & pulsat;  
 neque tamen expergisceris. Ex Lippeloo.

*Christus per Mysterium suum tibi videatur in  
 ore, & Christus per sui amoris incendium tibi vivat  
 semper in corde, ut congruat etiam tibi, quod sponsa  
 dicit in Canticis, Fasciculus Myrrhæ dilectus meus  
 mihi, S. P. Dam. l. 7. Ep. 19.*

SS, MA-